UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Filiofamilias minore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

a CLAV. DE SEISS. ¶ Interrogatus. Iſtud limita ⁊ intellige vt per Alex. poſt Bar. in l. is poteſt. ff. de acq. hered. ⁊ in l. Titius. §. j. ff. de lib. ⁊ poſth. ⁊ plene in l. j. ff. ſi cer. peta. ⁊ quod dicitur de vicino ⁊ conſanguineo, extenditur ad eos qui aſſidue verſantur, per ea que ponit Alex. in l. exigendi §. de procura. ⁊ vide Ange. Aret. conſi. xxvj. alle. tex. in l. conſenſu. §. ſerui. C. de repu. ⁊ in l. ad inſtruendam. ff. de adminiſtr. tuto. ⁊ ibidem extendit notab. Are. ad collegam ſeu contutorem.

LEX VIII.

Minoribus in iis. In omiſſis, ⁊ etiam in neglectis minoribus ſuccurritur, hoc dicit.

LEX IX.

1 ☞ An ſit bona conſequentia minor eſt vſus iure communi; ergo non eſt leſus.

3 Libellus in integrum reſtitutionis quid debeat continere.

a **Non videtur.** [a] Seipſam ſummat gl. dicit, pone caſum p l. verũ. §. ſciendum, ⁊ aliis legib. alle. per gl. In hac lege nõ ſunt alia, veruntamẽ Guar. poſuit in hac lege vnam ſuam gloſ. de cuius intellectu dubitaẽ inter noſtros doc. ⁊ ſcholares, qui neſciunt logicalia. Ego dico illud, ꝙ mihi videtur, ⁊ antequam intrẽ
2 eam opp. ⁊ oſtendo, † ꝙ minor põt eſſe vſus iure communi, ⁊ tamẽ eſt circunſcriptus, vt puta precedente deliberatione plena adiuit hereditatem, ⁊ poſtea reperitur non ſoluendo, iure cõmuni vſus eſt in eo ꝙ deliberauit tñ reperitur circũſcriptus, ⁊ daretur ſibi reſtitutio, vt j. ſi minor ab here. ſe abſti. l. j. ⁊ ij. Huius timore Guar. poſuit hic vnam gl. que dicit ſic, cõſequentiam tollit, non oppoſitum infert, q2 pars eius eſt. Quid igitur velit dicere iſta gl. dubitatur hic in gl. ⁊ per doct. Et primo videas quid vult dicere, conſequentiam tollit. Reſpon. antecedens eſt illud vſus eſt iure cõmuni, ergo circunſcriptus, iſtud eſt conſequens. iſtam conſequentiam tollit iſta lex, quaſi dicat conſequentia non eſt bona, vſus eſt iure communi ergo circunſcriptus, iſtud ſequitur, non oppoſitũ infert, quaſi dicat ex dicto antecedẽti, non ſequitur oppoſitũ, non eñ eſt bona conſequentia vſus eſt iure cõi, ergo non eſt circunſcriptus ⁊ hoc non dicitur in hac lege, ⁊ ſic ceſſat cõtrarium quod ſequitur, q2 pars eius eſt. Ad euidentiam eius debes ſcire, qð hic aſſumiẽ
2 totum, ⁊ pars ſicut genus, ⁊ ſpecies. ¶ † Item debes ſcire ꝙ ſpecies infert ſuum genus, q2 bona conſequentia eſt, homo eſt, ergo animal eſt. Sed genus non infert ſuam ſpeciem de neceſſitate, q2 ſi dico, animal eſt, non ſequitur, ergo homo eſt, q2 poteſt eſſe equus. Ita in lege noſtra propoſitio ideo non infert oppoſitã conſequẽtiam, q2 habet ſe, vt genus ⁊ ſpecies, nam circunſcriptũ eſt genus, q2 quidam ſunt vſus iure cõmuni, quidam non, vſus iuris cõmunis eſt ſpecies, ideo non ſequitur dicta cõſequentia. ⁊ vide gl. tuã. Tota expoſitio tertie particule dicte gloſſe pcedit, expoſitio tertie particule non procedit, nã vſus eſt iure cõi, ⁊ circũſcriptus eſt, non habent ſe, vt genus ⁊ ſpecies, ſed vt excedẽtia ⁊ exceſſa, q2 poteſt eſſe ꝙ aliquis eſt vſus iure communi, ⁊ eſt circũſcriptꝰ, ⁊ vſus iure cõmuni, ⁊ econuerſo, ⁊ ideo qui voluit ſuſtinere primas duas particulas gl. vt ſ. dixinus expoſitas, iſtam particulam exponũt ſic, vt dicã, conſequentiã tollit, nec infert oppoſitam cõſequentiã, q2 pars eius eſt, id eſt particulariter eſt verũ in quibuſdã, non qð qui eſt circunſcriptus, eſt vſus iure cõmuni, ⁊ econuerſo, vnde cũ iſta particularis vera, ex vno nõ inferat ad aliud, q2 ex puris particularib. conſequentia aliqua non ſequitur, ⁊ ſic ſumma gl. ſic, cõſequentiam tollit, oppoſitam conſequentiã nõ infert, q2 particulariter eſt verum, ⁊ particulariter nõ, nam ex puris particulari. non ſequitur aliqua cõſequentia. Alio modo intelligiẽ iſta gl. vt varietur iſta expoſitio prime, ⁊ ſecũde particule. Et p cõſequens tertie, vt intelligamus hic, qð minor ſit vſus iure cõmuni, quando facit ea que diligens paterfami. feciſſet. Hoc premiſſo expono ſic gl. antecedens eſt vſus iure communi, conſequens eſt ergo circunſcriptus. Iſtam conſequentiam tollit, nõ, hoc eſt iſta dictio non, poſita in hac lege, ⁊ ſic dictio, non, tollit conſequentiam. ¶ Sequitur in gl. non oppoſitum infert, quaſi dicat, infert oppoſitã conſequentiam, q2 verum eſt dicere, vſus eſt iure cõmuni, hoc eſt, fecit ea que feciſſet quilibet diligens paterfamilias, ergo non circunſcriptus, iſtud ſemper ſequitur in gl. q2 pars eius eſt, q2 eſt ſpecies, vnde merito infert ſuum genus, nam facere illud quod faceret diligens paterfamilias, eſt ſpecies, non circunſcriptum, eſt genus: q2 põt eſſe non circunſcriptus, ⁊ facere ſtulte, ⁊ facere deliberate, vnde merito iſta ſpecies, hoc eſt vſus iure cõmuni, infert ſuũ genus, hoc eſt non circunſcriptus tenendo iſtam opin. que eſt bona, ⁊ vera, obſtat cõtrarium de eo, qui adiuit hereditatem, cum deliberatione, qui reperitur poſtea non ſoluendo, dico quod non fecit illud qð feciſſet diligens paterfamilias, quia perquiſiuiſſet omnia que ſunt in inuentario, quia ſciuiſſet omnia que ſunt in hereditate, vnde non fecit vt diligens paterfamilias, ⁊ hec vera, ⁊ bona, licet gloſſ. ponat alias expoſitiones, ⁊ expoſui tibi iſta verba Guarne. non ſequẽdo verba glo. nec doctorum. ¶ Et per hanc legem, ⁊ alias leges,
3 ex quib. ponitur exemplum, ſicut hic † ſemper in libello cum peti-
b tur reſtitutio, dicatur [b] quod eſt minor, ⁊ leſus ſui facilitate, quia diligens paterfamilias hoc non feciſſet. Nam ſi poneres in libello quod eſt minor, ⁊ leſus, ⁊ ex libello non colligeretur, quod ſui facilitate, libellus nõn concluderet, ergo debet reſtitui, ideo ſemper facias poni, ⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Non videtur. Et quod minor ſi facit quod feciſſet paterfamilias non reſtituitur, vide vnum verbum per Commen. conſil. cxxvij. incip. nobilis domina, circa finem.

b ¶ Dicatur. iſtud ſequitur Do. Ant. in c. j. de in inte. reſtitutione. ſed in contrarium facit l. minorib. §. eo. vide Joan. de Imo in d. c. j. vbi dicit communem opi. in contrarium.

De filiofamilias minore. Rub. XXIII.

LEX I.

Filiusfamilias. Si filiusfamilias fideiuſſit, pro patre, vel extraneo poteſt reſtitui, niſi leſio per ſucceſſionẽ tollatur. hoc dicit: ¶ Cõtra iſtã legẽ op. de l. cum mandato. ff. e. Illius timore dixit Placent. quod tunc filius poteſt impetrare reſtitutionem, quando principalis non eſt ſoluendo per illam legem. Gloſ. reprehendit iſtam opi. intereſt enim minoris potius non ſoluere, quam ſolutum repetere, vt l. iij. ff. de cõpen. ⁊ argu. j. tit. ſecundo l. etiam. ¶ Ad l. cum mandato. reſpon. ꝙ ibi ponuntur duo caſus principales. In primo cõtraxit minor principaliter in re alterꝰ, q2 res alterius vendidit mandato domini, ⁊ volebat petere reſtitutionem aduerſus contractum, quo tenebatur dominus quod non poteſt niſi in ſubſidium, hic autem ſe obligauit conſequenter, pro patre, vel extraneo, ⁊ vult petere reſtitutionem aduerſus obligationem ſuam, quod poteſt indiſtincte. In alio caſu illius legis non contraxit minor ſed procurator eius vnde non facit ad propoſitum. ¶ Quero, hic dicit pro extraneo, quis intelligatur extraneus. Dic vt in l. j. §. extraneum. de rei vxo. actio. dicitur hic, ſi ei non ſucceſſit. ¶ Quero, quid ſi ſucceſſit patri. Dic vt in gloſſ. ¶ Quero, quid ſi iſte filius pro patre principaliter ſe obligaſſet. Certe idem eſſet. tamen non tolleretur obligatio per ſucceſſionem, ſed tolleretur leſio, ⁊ ſic tolleretur reſtitutio ⁊c.

LEX II.

a **Si frater tuus.** [a] Filiusfamilias minor aduerſus mutuum reſtituitur, niſi iuſſus patris interuenerit, vel Maced. iuuetur. h. d. ¶ Opponitur, ⁊ videtur quod filiusfamilias non iuuetur reſtitutione, vt l. iij. §. ſed vtrum. ff. de mino. Sol. Quãdo filius conuenitur, pater non reſtituitur, vt hic. ſed quando conuenitur pater, non reſtituetur, vt l. contraria. ¶ Item opponitur, ⁊ videtur quod quando ceſſat Maced. non habet locum reſtitutio, quia accepit in caſibus permiſſis, ⁊ ſic eſt vſus iure communi, vt ſ. titul. j. l. iiii. Solu. Dic vt in gl. ¶ Quero, que eſt ratio, quod quando patris iuſſus interuenit, non reſtituitur. Dic vt in glo. ff. eod. l. iij. ¶ Quero, que eſt ratio, quod quãdo eſt locus Macedoniano non habet locum reſtitutio? Dic vt in gloſſ. ⁊c.

ADDITIO.

a ¶ Si frater. Pro cõcordia aduerte ꝙ vbi ope exceptionis minor tutus eſt de iure communi aduerſus aliquam obligationẽ, ipſe minor non poteſt petere reſtitutionẽ in integ. Ita videtur velle Bar. hic in hac. l. ij. de filiofa. mino. ſed in l. iij. §. ſed verum. ff. de mino. videtur tenere affirmatiuam in l. in cauſe. la. ij. ff. de mi. Tu dic, facienda eſt differentia quo nomine conueniatur, vt per Barto. hic vel melius. Bart. in l. in cauſe. loquitur ſecundũ gl. ibi que loquitur in caſu l. ſi minor. §. minores eo. ti. vbi dicitur, ꝙ minor cõpromittens poteſt in integrum reſtitui ꝙ intelligit ibi Bart. ſcilicet quando in arbitrũ a quo non poteſt appellari, ergo ibi ceſſat remediũ ordinarium. Sed licet Bart. referat glo. non tamen illud expreſſe firmat. Preterea ſibi eſt contrarius referendo ad illum caſum, vt ſ. poſſet etiam aliter ſolu, ſecundum eum vt affirmatiua procedat qñ reſtitutio datur iure actionis, negatiua vero qñ datur officio iudicis.

---

a De fideiuſſoribus minorum. [a] Rubr. XXIIII.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Minorum. Adde tamen ꝙ fideiuſſor minoris cum quo fuit intentatum iudicium nulliter, puta ſine curatore, non tenetur aliquo modo, vide do. Ant. con. xviij. de quo habes ad Bar. in l. non eo minus. ſ. de proc. Item quod ſi quis promiſit minorem ratum habiturum aliquem actum cam erit effectus maior, ⁊ nolit ratificare propter euidentem leſionẽ, ⁊ iniquitatem, ꝙ non teneatur, vide Petr. de Anch. late. conſil. cccxx. incip. viſa facti narra-